

eorum qualitas, five dominium, tranfactio cenfetur facta ad effectum redimendi moleftias, feu vexationes, eaque...

REVERENDISS. P. EMERIX DECANO.

Romana Fideicommissi de Avila.

Veneris 23. Januarii 1693.

Non indiget arguente, cum fit decifio præcedentis confirmatoria.

SUMMARIUM.

- 1. Onus deferendi cognomen, & arma familia, in iustum alieni, & ejus filii, & descendentes in perpetuum, inducit perpetuum, & absolutum fideicommissum.

DECISIO XLIX.

Conferuntur Domini in hodierna causæ repropofitione decifionem editam 16. Junii proxime elapſi, in qua dictum fuit, dandam esse immiffionem ex fideicommissio Hieronymi de Avila, Petro Paulo illius ex germana forore...

24. Novembris 1681. s. Definitio, 14 Junii 1684. s. Quo enim ad omni, & prima Julii 1686. s. Tales autem coram bon. mem. Albergato, ex tribus satis visis rationibus, una quod te...

Et licet his non obstantibus, conclusio forsan videatur dubia, dubium tamen omne cessat concurrente una cum præfato onere aliqua etiam levi conjectura, ut in specie ter...

Concurrunt autem in hac hypothefi conjectura in decifione relatæ, non unica, ac levis, sed plures, & non parum fortes. Primo enim loco testator non modo gravavit filios, ac descendentes Jacobi onere deferendi proprium cognomen, & arma, sed etiam prohibuit illis mixturam...

Secundo, testator summum amorem manifestavit erga Jacobum heredem, vocando ipsum dilectissimum, prohibendoque, quod ab ipomet die illius totum semper eum habuerat loco filii, ac heredem sibi prædestinaverat: unde eundem amorem gessit præsumitur erga illius descendentes, eosque etiam per fideicommissum vocasse, ut in spec...

sumpta, sed ex vera, & enixis verbis explicata dilectione testatoris erga Jacobum, ac ex vera, & literali eorum insubstantia oneris purificatione cum eodem Jacobo; minuste advertente, quod magis contentanem dilectioni Jacobi fuisset relinquere ipsi bona libera, quam obnoxia fideicommissi, quia testator noster dilexit Jacobum heredem, verum etiam in eo, & ejus filii, ac descendentes conservatiorem proprii cognominis, & armorum, quam obtinerent non poterat abque fideicommissio.

Tertio, testator, legatis Capitulo Ecclesie S. Marie decem locis montium pro manutione ipsius Cappellæ; ac celebratione certarum Missarum, & Anniversariorum, nominatim voluit, quod ipse, & ejus hæres, sique descendentes in perpetuum liberi essent, & immunes ab omni alia impensa, & contributione; ex quo clare videtur designasse fideicommissum, tum quia suppositi ipsius bona ad heredes descendentes perventura, ad Text. in l. unum ex familia, s. h. ff. de leg. 3. & in l. Pamphilio in princ. ff. eodem, & signanter in perpetuum, quod vix concipi poterat futurum fuisse abque fideicommissio; tum etiam quia processit cum terminis liberationis, & exemptionis, quæ præsupponit obligationem, ac per consequens fideicommissum, ut in terminis præcepti de non inquietando, seu molestando, Fufar. de substit. quasi. 437. num. 123. abque eo quod liberatio, & exemptio tribui valeat obligationi hæredis descendentes incumbenti ex causa sepulture, quoniam huic interpretationi resistit litera testamenti, quæ expresse loquitur de expensis, & contributionibus faciendis pro manutione Cappellæ, & Missarum, & Anniversariorum celebratione.

Quarto demum testator enixè submisit, & commendavit protectionem lib. mem. Cardinalis Salviati Jacobum heredem, ejusque descendentes, ac hereditatem, cum hac distincta, & sapius repetita hæresis, ac ejus descendentiæ, & hereditatis mentione; hinc enim oritur conjectura fideicommissi favore eorumdem descendentiæ, quorum adeo testator obtendit sese sollicitum, præsertim stante sollicitudine ipsius etiam hereditatis, ac ejus expressio post expressionem descendentiæ, denotantis studium ejus conservationis simul, ac præsuppositum purificationis pro eisdem descendentiæ. Non obstante, quod parum congruere videatur fideicommissio perpetuo protectio Cardinalis tunc temporis in senili ætate constituti, quia vis non stat in qualitate protectoris, sed in desiderio protectionis, & cura descendentiæ hæredis, ac hereditatis, ut præfertur, pro ipsis conservanda à testatore manifestata.

Hicque omnibus conjecturis addendæ sunt duæ circumstantiæ, quæ illas valde confirmant, una scilicet quod testator in impositione præfati oneris se gessit cum summa quadam enixitate, siue prægnantia, gravando ipsomet onere descendentes cum distinctione graduum, & cum repetitis dictionibus in perpetuum, injungendoque illius observantiam cum geminata prohibitione mixturæ generaliter in quibuslibet actibus, & specialiter in pluribus per ipsam specificatis, & cum dictione omnino, ac per terna obligativa verba. Quo enim ardentius hujusmodi desiderium expressit, ac præpalavit testator, eo certius dici debet fideicommissum fecisse, sine quo illud facile effectu frustrari posset, argum. Text. in l. quando in princ. ff. de legat. 1. Menoch. conf. 1006. n. 6. Peregrin. de fideic. art. 12. n. 29. & altemediate post obitum testatoris expedito, narravit Hieronymum eondidisse majoratum, seu fideicommissum, quæ narrativa, siue confessio hæredis gravati multum facit ad fideicommissi comprobationem ex auctoritatibus adductis in decifione. Non subsistente asserta illius erroneitate ob cuius nullum habetur vestigium in testamento, quoniam imo fuit prudens, & cauta; non enim desunt qui ex onere deferendi cognomen, & arma, contendunt induci majoratum, seu primogenituram, inter quos Menoch. conf. 1006. num. 1. Guidop. decif. 467. Rauden. de Analog. in apud. part. 1. num. 75. & segg. Thefaur. decif. 270. n. 10. Fontanell. dec. 32. num. 1.

Non obstat, quod Hieronymus testator esset in Urbe Prælati, cui proinde tanquam benè callenti terminum fideicommissi, facile fuisset eo uti, si fideicommittere voluisset, quia præterquam ut talis etiam novit, aut nosse debuit ex delatione propriis cognominis, & armorum, sic ut supra demandata, resultare fideicommissum argumentum est nimis fallax, experientia enim constat, lites, &

quidem inextricabiles passim oriri super testamentis doctif. amorum hominum, qui tamen illas vel unico verbo de medio tollere valuissent, prout nec officit, quod jam tempore testamenti Jacobus hæres cognominaretur, sicut etiam illum cognominavit testator de domo Avila, quia poterat cognomen Avila dimittere, eique aliud copulare, atque addere, ac tradita per Censal in addit. ad Peregrin. de fideicommissis, art. 11. ad numer. 13. vers. Quarta observo, quod per præmissam dispositionem fuit ipsi à testatore veritum.

Ceteris in contrarium allatis responso patet ex sæpe dicta decifione, ac ex fundamentis, & rationibus propriis confirmatione supra deductis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. M U T O.

Romana fideicommissi de Avila.

Luna 14. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

Enumerantur eadem fundamenta, quæ recensita fuerunt in duabus præcedentibus decifionibus.

SUMMARIUM.

- 1. Onus deferendi arma, & cognomen testatoris impostum hæredi, & descendenti in perpetuum præfertur fideicommissum reciprocum.

DECISIO L.

Decifio coram me edita die prima Martii præteriti, tanquam solidissima fundamentis innixa, hodie à Dominis confirmationem obtinuit, autumantibus iterum fideicommissariam vocationem Petri Pauli in portione defuncti fratris resultare ex testamento R. P. D. Hieronymi, in quo instituto Jacobo Patre, ac testatoris ex Sorore Nepote, illum, ejusque filios, & descendentes in perpetuum oneravit assumendi cognomen, arma, & insignia domus, & familiae Avilæ, abque ulla mixtura, & insignia domus, & insignia, ac cognomen illorum fuit Avila tantum, ut præfererent testamenti verba in decifione, quæ revidetur extensa sub s. Indubia validitas: ex quo enim perpetuum cognominis, & armorum onere, ac prohibitione alterius mixturæ injunctis Jacobo, ejusque filii, quales funt Petrus Paulus, & defuncti frater, & descendentes in perpetuum, per viam tacite reciprocæ, censentur omnes favore superstitis ad restitutionem gravati, ut latè firmavit Rot. in prima decifione hujus causæ 16. Junii 1692. s. Probato autem, coram Reverendiss. Meo Decano.

Abque eo quod adversus hujusmodi fideicommissariam vocationem Petri Pauli in præcedentibus decifionibus in concussæ semper amplemam urgere valuerint iterum repetita per defensores Ciciaporti controverserunt honorum possessoris. Quandoquidem existentia fideicommissi, ex qua indubia resultat vocatio, non videtur amplius in controversiam revocanda, cum illa satis decernat ex dicto onere gerendi nomen, cognomen, & arma familiae Avilæ in perpetuum, injuncto tam Jacobo primò hæredi, quam ejus filii, & descendenti in perpetuum, cum prohibitione alterius mixturæ; ex quo enim fideicommissum principaliter, & de per se, non autem ad ministrative, & conjuncturaliter infertur, ut firmant quæ plures, & individua auctoritates in decifione, quæ revidetur allegata, s. Indubia validitas, & signanter Ludovic. Bell. conf. 52. num. 2. cum seg. & conf. 109. numer. 4. pariter cum segg. Roma. conf. 15. numer. 4. Grat. discip. forens. cap. 288. numer. 25. & 26. Fragof. de regim. Reip. tom. 3. lib. 9. disp. 19. s. 3. numer. 6. de Luc. de lin. legal.

ex eo, quod cum substitutio, tamquam indefinita facta in hereditate, subintelligi debeat de tota, quo casu locum sibi vindicet jus accedendi, sed non decredendi in exclusionem substituti, ad textum in leg. *Quidam testamentum*, ff. de vulgari, ibique Bartol. num. 1. & Adde. ad Alexand. littera B, Fufar. de substitut. quæst. 53, n. 32. Old. de compend. substitut. in praxi. part. 2, q. 6. num. 3. Intriaglio. de substitut. conr. n. 1, q. 49. num. 25. Quoniam conjectura hæc, ac Doctores in objeeto relati procedunt, sed intelligi debent, quædo substitutio nominati facta fuisse de tota, vel in integra hereditate, fecus tamen fi, ut hic, indefinitè de hereditate, que verificari potest etiam in parte, ad vulgatum textum in leg. *Hujus filius* 126. ff. de legat. 3. Rip. in d. leg. *reconquisti* n. 128. ff. de legat. 3. egregiè explicat Bero. citat. conf. 66. nu. 21. 22. 37. & 38. lib. 2. Fufar. de substitut. in contrarium abductus q. 53, n. 32. cum seqq. Bellon. de jur. accretion. d. cap. 10, q. 20. sub num. 60. §. *primus* si testator. Rota coram Seraph. decif. 1100. n. 5. & bene firmata decifio R. P. D. mei Molines in hac causa edita, §. *liberissimo*, ubi etiam advertitur, fortius id procedere, cum testator diversè hereditatem in plures portiones, & quotas ex verbis superius exaratis, & ultra ibidem concessit, Manf. consil. 219. n. 7. signanter cum substitutio facta non fuerit nominati ultimo morientis, sed verbis imperfonalibus complectentibus casum expressum, in quo Joseph Maria præcedisset, in quibus terminis substitutio facta in bonis, & hereditate, non intelligitur de tota devoluta apud ultimum, sed de qualibet parte, ut Bero. d. conf. 66. n. 20. lib. 2. conf. 121. n. 42. l. 1. Odd. conf. 44. n. 43. Menoch. conf. 636. n. 4. 10. & per tot. Peregrin. de fideicom. art. 13. num. 54. Mantie. de consuet. lib. 7. n. 15. nu. 13. & 15. Trentacian. de substit. q. 5. cap. 20. n. 23. Fufar. eodem tract. q. 472. n. 103. Mart. de success. legal. part. 1. q. 9. art. 5. sub n. 26. §. *sed dictis non obstantibus*, & Rot. in decif. 1607. & 8. post rom. A. consil. Ramon. cum additione. Balducc.

Minus relevans apparuit tertia conjectura constituta in eo, quod Testator omnes ejus heredes qualiter honoravit, dum eos equis portionibus heredes instituit, ut sicuti Joannis Baptistæ, & Joannis Antonio succedere voluerit Josepho Mariam, ita verisimile reddatur, quod Josepho Mariæ præmortuæ succedere voluerit Joannem Baptistam, & Joannem Antonium coheredes, quia talis cœqualis honor non subsistit, cum Josepho Mariæ fuerit portionibus coheredum abique aliqua reciproca substitutus, quo fit, ut potius deserviat pro conjectura contraria juri accedendi, seu non decredendi; quoniam cum testator substituerit dumtaxat Josephum Mariam, si coheredes eidem recipere substituta voluisset, etiam in hoc casu non omisit, prout fecit in alio, ut dum non fecit, censetur concessisse omnimode, Decian. consil. 12. num. 38. lib. 1. Rota in recent. decif. 151. num. 1. part. 2. decif. 633. n. 4. & decif. 138. n. 7. & 8. part. 18. & alibi frequenter.

Demum nec pro quarta conjectura reuduci potuit assumptum aliis principia factum, & constitutum, quod ad hoc, ut substitutio purificata dici debeat, necesse sit verificari nedum conditionem obitus Josephi Mariæ sint filius, sed alteram, quod ipse supervixerit Joanni Antonio, & Joanni Baptistæ fratribus coheredibus, adeoq. hac postrema deficiente, cum substituti remaneant exclusi, jus accedendi, seu non decredendi procedat favore coheredis, ex Fufar. de substit. q. 53, n. 38. Bellon. de iur. accretion. d. cap. 10. q. 20. sub n. 63. vers. *Secundum exemplum*, & aliis per eos allegatis, quandoquidem iterum ponderatum fuit, quod substitutio obitum dependet à simplici conditione obitus Josephi Mariæ sine filiis, ibi E quando detto Signor Giuseppe Maria morisse senza figlioli, nel tal caso vuole, che ne suoi beni, & eredità debbano succedere i Signori Desiderio Antonio Lombardo, & Angelo Maria Novario, o rispettivamente suoi eredi, successori, Non tamen ab altera superviventia Josephi Mariæ fratribus coheredibus deduci prætenfa est illis superioribus verbis: E dopo la morte di detto Giovanni Antonio, Giovanni Battista vuole detto testator debba succedere il detto Giuseppe Maria, o suoi figliuoli, tum quia apposta est in separata oratione recta à proprio verbo, & continente diverfos modos, & conditiones, ut illius repetitio ad subseqentem, de qua agitur, fieri non possit, juxta textum in leg. *Que copartito*, ff. de condit. & demonst. Palm. Neq. allegat. 321. n. 31. cum seqq. Card. de Luca de fideicom. d. c. 43. nu. 38. Torr. de primog. ital. part. 1. cap. 37. sub nu. 22. cum seqq. Rota in recent. decif. 370. n. 16. p. 13. decif. 635. n. 25. p. 13. in Melevitana fideicommissi 21. Aprilis, & 3. Julii 1690. coram Reverendissimo Turon. in Interemmen. fideicommissi 4. Febr. 1695. §. *Repetitione minimè actenta in fine*, coram me, & novissime in Vercellen. prætenfa immissionis 17. Febr. præteriti, §. *Signanter*, pariter coram me. Non

obstante copula, & inter unam & alteram substitutionem, cum ob prænotatam diversitatem inceptivè variè dicatur ad designandum ordinem substitutionis, ut ultra adductos in decifione R. P. D. mei Molines, §. *Non urgente copula* Et, Rota dec. 75. n. 7. p. 5. decif. 172. n. 5. p. 14. decif. 381. n. 11. & 12. & decif. 633. n. 24. & 25. p. 18.

Tum etiam quia cum Actores substituti fuerint Josepho Mariæ per compendiosam continentem sub se vulgare Anomalam, caducato gradu continentem per obitum Josephi Mariæ sine filiis, in ipsius locum subingredi fuerunt, ut observat dicta decifio hujus causæ coram R. P. D. meo Molines, §. *Tum etiam quia*, cum seqq. quæ omnibus objeitis in oppositione hodie repetitis bene respondet, & ultra ibidem concessit, Rota in Bononien. fideicommissi de Gulinellis 26. Junii 1685. §. *Hicque*, coram bon. me. Paulucio, in Romana Manutentionis 15. Martii 1688. §. *Videm*, coram Reverendissimo Turonen. & in Anconitana dotis 24. Martii 1692. §. *Non obstant*, coram bon. mem. Emerich Decano, & in Imolen. fideicommissi 27. Junii d. anni, §. *Nec subsistit*, & §. *fin. coram eod.*

Et ita suffragantibus quinto, & sexto ex dominis, post tertiam causa propositionem resolutum, partibus semper altercantibus.

Romana seu Januen. bonorum super portione Joannis Baptistæ.

Veneris 24. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Nil ultra habetur, quam regula, que in aliis superius duabus decifionibus dignoscuntur adnotate.

SUMMARY.

1. Anomala substitutio in compendiosa contenta operatur, ut substituti subintret in locum gradus caducari; vide ut n. 2. & 3.

2. Pluralitas resoluitur in singularitates.

3. Distio, & apposta inter diversas personas, non stat copulativo, sed disjunctivo.

4. Ratio prædictiois facit cessare resolutionem pluralitatis in singularitatem.

5. Declarat, ut procedat, si substitutio fit de descendenti bus testatoris, fecus à contrari.

DECISIO LV.

Novissime defuncto Jo. Baptista de Berrutis, postquam unà cum Jo. Antonio fratre, & coherede q. Dionysii Notarii controvertere ceperat Desiderio Lombardo, Lazaroque Novario substitutis Josepho Mariæ alteri coheredi præmortuo immisionem in istius portionem, super qua sub hac eadem die sub distincto dubio resolutio procedit, nova efferre contentio inter memoratos substitutos, & d. Joan. Antonium coheredem superferentem super altera portione præfati Jo. Baptistæ secundo loco defecti, eaque bis, iterumque per me disputanda proposita sub consuetu dubio: *An sit standi immissio tandem Patris adfectis 5. & 6. ex sequenti bus in turno, dandam esse præterminatis substitutis responderent.*

Moti ex eo, quod cum d. Josepho Maria coheres ex dispositione Dionysii testantis in decifione alterius dubii reblata substitutus pariter fuerit antefatis Jo. Baptistæ de cujus modo portione agitur, & Jo. Antonio coheredibus Josephoque Mariæ decedenti, prout accidit, obide filiis substituerit præcatis Lombardo, & Novario per compendiosam continentem sub se vulgare Anomalam, mortuo propterea Josepho Maria, Lombardo, & Novario Actores substituti in ejus locum subinttrantur etiam quoad portiones aliorum coheredum, quibus ipse fuerat substitutus, text. in l. *cohered. 41. in princ. ff. de vulgari, & pupill. late Ruin. conf. 94. nu. 4. cum seqq. & n. 9. & 10. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 15. nu. 4. & 5. Rota coram Bic. decif. 27. nu. 5. coram Cerr. decif. 841. num. 3. & decif. 921. n. 2. & apud rom. A. Conf. Roman. decif. 18. à nu. 2. ad n. 9. decif. 16. n. 4. cum seqq. & decif. 17. per tot. & in Bonon. fideicommissi de Bove 20. Junii 1687. Quæ concedenda est, coram Reverendissimo Turonen.*

Nec obstant quod Josepho Maria fuerit quoque coheres, ut in isto casu eidem substituti succedant tantum in ejus portione, fecus autem in illo Jo. Baptistæ, & Jo. Antonii coheredum ad ipsum viventem nondum devolutis, ut limitando virtutem, ac efficaciam compendiosæ, reprobatu Ruino in loco superius citato, firmate videntur, Peregrin. de fidei-

2. de fideicom. art. 15. sub n. 24. vers. *sed hæc amplificatio*, Fufar. de substitut. quæst. 469. n. 42. magisque cum Actores substituti fuerint Josepho Mariæ sine filiis decedenti non simpliciter, sed mediante dictione, in tali caso, que restringit dispositionem ad casum expressum, & omnem alium quemcumque excludit. Etenim Doctores præfati loquentur in casu, quo ultimum per vulgare nominati fit præcedenti substitutus; fecus autem quando, ut hic, ultima substitutio nominati imitate facta non fuerit, sed imperfonaliter, indefinitè, & generaliter ad bona, & hereditatem testatoris, ibi: E quando d. Sig. Giuseppe Maria morisse senza figliuol legittimi, & naturali, vuole in tal caso, & commanda d. magnifico sign. testatore, che ne suoi beni, & eredità, debbano succedere l' Illustri. Sig. Desiderio Antonio Lombardo, & il Sign. Angelo Maria Novario, o rispettivamente suoi eredi successori. In quibus sane Novarij, respectivamente sui eredi successori. In quibus sane testatoris negant Peregrinus, & Fufarius, huiusmodi substitutum posse succedere, tam in portione ipsius hereditatis substituti, quam alterius coheredis postea defuncti, cum omnibus appareat substitutus; non attenta relata dictione, tali casu, cum non fit adiecta ad restringendas portiones, nec ad nominati substituentem Lombardum, & Novarium Josepho Mariæ, sed pro qualificanda conditione vocationis eorumdem in eventum obitus Josephi Mariæ sine filiis.

Potissimè quia testator post mortem Joannis Baptistæ, & Joannis Antonii substituit, nedum Josephum Mariam, sed etiam filios, ostendens consideratè casum, quo Josepho Maria præcedisset coheredibus, ut si Josepho Maria habuisset filios, isti successissent coheredibus, in casu quo genitor illis præcedisset; ita pariter id intelligi debet de Novario, & Lombardo substitutis, ex quo illi potius sunt in locum filiorum, & ideo sicuti filii successissent, ita succedere debent substituti in locum filiorum vocati.

Minus ad veritatem visum fuit assumptum, quod Actores succedere non possint in portione Jo. Baptistæ defuncti nisi post mortem Jo. Antonii, cum substitutio facta fuerit post obitum utriusque, per ea verba: *Doppo la morte di Gio. Battista & Gio. Antonio vuole d. Testatore debba succedere &c.* quoniam cum deficiat dictio aliqua collectiva, nimirum, *si ambo*, si omnes, vel simile hoc casu pluralitas regulariter resolvitur in singularitates, & substitutio dicitur facta cuilibet decedenti, ac in quavis portione vacante, juxta textum apertum in l. *Lucius Titius* 78. §. *Cajo*, ff. ad trebell. Bald. ad 4. Roman. conf. 75. n. 34. & 91. in fin. Rocc. select. cap. 22. n. 6. circa fin. cum seqq. Torr. de post. futur. success. lib. 2. c. 36. n. 11. cum seqq. Larrea dec. Granat. 61. n. 15. Rot. cor. Cerr. dec. 631. n. 5. & 6. non attenta dictione, & quæ, ut hic, apposta inter diversas personas non stat copulativo, sed disjunctivo, ut in his terminis pluribus à legatis firmat Rot. cor. Bich. dec. 493. n. 16.

Quin tertio replicatio, quod ob prædilectionem personæ Jo. Antonii heredis, & consanguinei testatoris, non resolvatur pluralitas in singularitates: nam cum ipsa fuerit transverfalis, & extranea, talem resolutionem non impedit, quidquid foret, si fuisset descendens, ut egregie probant Venurin. conf. 48. n. 83. Cyriac. contr. ov. 114. num. 2. et 3. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 186. n. 17. et 43. lib. 4. Mantie. de consuet. ult. vol. lib. 1. n. 5. n. 18. et seqq. Crafs. in §. *substitutio* p. 79. n. 16. cum seqq. Torr. de post. futur. success. lib. 2. c. 36. n. 14. Card. de Luca. de fideic. d. c. 98. n. 10. Rota coram Seraph. dec. 1199. n. 4. coram Bich. dec. 448. n. 10. in rec. dec. 1. n. 17. p. 18. & post Torr. de post. futur. success. q. 82. n. 13. cum seqq. et dec. 147. à n. 16. à quibus licet Rota recesserit in dec. 97. et 147. p. 17. id fuit ob reciprocam substitutionem, non tamen ob mortuum prædilectionis, quæ in hoc casu considerabilis nec est. d. c. legitur ad qualiter cadam, quod nondum substitutionis minimeque arget præfatum, quod substitutio facta fuerit in tota hereditate, cum plene removeatur in altera decifione super alio dubio hac eadem die resolutu, §. *inefficax pariter*. Et ita utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Romana Immissionis.

Luna 5. Decembris 1698.

ARGUMENTUM.

Testator qui inter primos heredes reciprocæ scriptæ bonorum conservationem in ejus, & hæredum familia injunxit linearem reciprocam, in casu delicti scriptæ eam

non voluisse deciditur in casu obitus, ex quo plures substituit, & à principio pro quolibet Columello assignavit portionem, non ipse testator transverfalis erat.

SUMMARY.

1. Reciproca inter primos heredes scripta non censetur repetita inter descendentes, si expressè illam non scripserit.

2. Reciproca linearis non censetur voluta, ex quo testator mandavit omnia bona in ejus, & hæredum familia & domo conservari, si à principio plures substituerit, & pro quolibet Columello assignavit portionem diversam, & nu. 4. & 5.

3. Reciproca linearis inducitur in casu delicti, minimè extenditur ad casum obitus.

4. Appellatione domus & familia veniant etiam scemina.

5. Alique impedimus purificationem fideicommissi respectu masculorum alterius lineæ.

6. Qualitas masculinitatis adiecta in una parte testamenti respectu certarum personarum non censetur repetita in alia respectu diversarum personarum in alia gradibus contentarum.

7. Verba testatoris si operari possunt effectum distributionum in quo liber Columello vocata, trahitur debent ad inducendam reciprocam linearem.

8. Tacita reciproca præcedenti non potest, si deficiant tria requisita expressa à leg. Titia Sena, ff. de leg. 2.

9. In fideicommissio transverfali omnis est sumenda interpretatio pro exclusionem reciproca linearis.

DECISIO LVI.

In postremis, cum quibus decedit, Tabulis Jo. Antonius a post institutus heredes quinque nepotes masculos ex fratribus germanis procreatos, scilicet Joannem, Alexandrum, & Camillum filios Benedicti, Alexandrum, & Joannem Baptistam filios Julii, & Alphonsum unicum filium Andree, constituendo ex eis tres separatas lineas totam hereditatem pro equali portione in unoquoque stipite divisit; duplicem tamen inter ipsos, eorumque filios masculos præordinando substitutionem, reciprocam, in quarum prima (sunt verba testamenti) voluit, quod adveniente casu mortis alterius ipsorum germanorum fratrum, ejusque neporum sine filiis legitimi, & naturalibus masculis, frater talis mortui, vel eius legitimi filii masculi succedant; mortuorum autem ambobus istis fratribus sine filiis masculis, ut supra, succedant ceteri heredes prædicti, vel eorum filii masculi legitimi ut supra in stirpes, non autem per capita. In altera vero substitutione voluit, ut moriente Alphonso pariter sine filiis masculis legitimi, & naturalibus, alii heredes prædicti, vel eorum filii masculi succedant per stirpes, non autem per capita, ut supra, ad effectum, ut omnia ejus bona prædicta in ejus, & prædictorum ejus hæredum, eorumque filiorum masculorum domo, & familia conferentur, ut latius in testamento dato in summario utriusque partis n. 1.

Cum autem ad nonnulla bona possessa per D. Ducifam Joannem Baptistam, que est ultima superstes de linea Benedicti, immisionem petierit: Jo. Andreas pronepos alterius Andree senioris, & fuerit ab illa exclusus per sententiam A. C. obtinuit modo in gradu appellationis coram me proponi dubius, An esset danda immissio? & DD. negativè responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia reciproca linearis, cujus vigore agit Jo. Andreas, nec legitur expressa quomodo testator talem substitutionem reciprocam, solummodo præordinaverit inter primos heredes, quatenus sine filiis masculis præcederent, ut demonstrat verba testamenti superius recitata, non est præsumendum, quod illam voluerit ad ulteriores descendentes extendere, quia sicuti testator in filiis primi gradus, ita etiam in aliis descendentibus expressisset, si talem reciprocam etiam quoad illos adicere voluisset, Andreol. contr. 248. n. 8. Rot. coram Seraphin. dec. 1023. n. 3. & seqq. in recent. dec. 272. n. 10. cum duobus seqq. part. 6. dec. 255. n. 4. & 5. ac n. 15. par. 15.

Non talis reciproca substitutio ultra prædictos heredes defumi valet, ex quo Jo. Antonius mandaverit omnia bona in ejus, & DD. ejus hæredum, & filiorum masculorum familia, & domum conservari, quasi quod ita vocando totam domum, & familiam, censetur quodammodo inter omnes descendentes voluisse inducere fideicommissum lineare, quoniam pro repositione animadvertunt Doctores: quod cum usque ab initio testator ejus hereditatem in tres personas aequales diversiferit, unaquamque assignando pro quolibet Columello, itaut efformando tres stipites distinctos, constituerit etiam tres familias omnino

CC 2 sepa

separatas, tunc vocatio familiæ, & domus nihil aliud importat, quam fideicommissum descendivum, & perpetuum inter descendentes cuiuslibet lineæ, nullam vero necessitate præferret inducendi reciprocam substitutionem de linea ad lineam, Rot. in rec. dec. 68. n. 1. cum segg. p. 15. & dec. 20. n. 15. cum segg. p. 19. & in Tusculana fideicommissi 9. Maii 1687. §. & testator, coram bon. me. Rondinino.

Prout nec talis substitutio elicitur ex privatione, quam erga omnes descendentes adiecit Jo: Antonius in casum delicti, quia secluso pro nunc examine, an verba testamenti in tali casu reciprocam lineam contineant, DD. tamen transierunt cum alia responsione, quod reciproca linearis inducta in casu delicti, minimè extendi possit ad casum obitus, cum receptissima propositio sit fideicommissum divinum, Caren. resol. 29. n. 1. & resol. 6. n. 4. & segg. Rot. coram Eminentijs. Carr. dec. 183. num. 12. dec. 406. num. 21. S. D. N. dec. 255. n. 19. & dec. 258. per tot.

Quocirca non relevat visum fuit verba per fideicommissum ibidem adjecta, ut scilicet bona in perpetuum conserventur in eius familia, quia quoties testator, ut supra ostensum fuit, tres familias separatas efformavit, conservatio bonorum tali casu discretivè verificatur in familia cuiuslibet Columelli, maxime quia supradicta verba stant illative, ut consecutivè ad præcedentem dispositionem, que cum fuisset restricta ad reciprocam primorum heredum ut supra institutorum, ita per subsequenter verba folummodo perpetuitatem fideicommissi importantia, non valuit ultra limites a testatore præfinitos ampliari, & extendi, & enixum votum testatoris conservandi bona in familia nil aliud importat, quam distributivam durationem fideicommissi inter descendentes cuiuslibet lineæ, iuxta plene firmata per modernum Episcopum Iscanum cap. 17. n. 27. cum segg. Rota coram Bich. dec. 297. n. 20. cum segg. & in rec. dec. 255. n. 13. part. 15.

Et hic nonnulli ex DD. existimabant, quod cum Joan. Antonium testator in casu prædicto nil magis exoptaverit, quam conservationem bonorum in eius, & dd. eius heredum, & filiorum masculorum familia, & domo non repugnare, imò iuri consentaneum esse, quod sicuti appellacione domus, & familia veniunt etiam foemine, ita D. Ducifam, quæ est in agacione, & familia, esse comprehensam in hoc fideicommissio, proindeque impediat purificacionem respectu masculorum alterius lineæ, Fufar. conf. 19. n. 30. 2. Bellon. Jun. conf. 72. n. 38. & 39. Thefaur. quæst. forens. l. 2. q. 22. per tot. & signaret n. 57. & segg. Fontanell. dec. 35. n. 11. & segg. tom. 1. Rot. in rec. dec. 267. n. 10. p. 11.

Clarius, quia qualitas masculinitatis dumtaxat adiecit legitur vocacioni filiorum primi gradus, nullatenus verò animadvertitur repetita, ubi dispositio subinde loquitur de descendentes, qui semper in genere nominantur, & cum verbis comprehensivis utriusque sexus, in quo sane casu feminas comprehendi non est ambiguum, cum qualitas masculinitatis adiuncta in una parte testamenti respectu certarum personarum, non censetur repetita in alia respectu diversarum personarum in aliis gradibus contentarum, ut in fortioribus terminis comprobatur Rot. apud Guadagnon. conf. 39. n. 28. & segg. lib. 1. coram Greg. dec. 514. n. 6. & in rec. dec. 58. cum segg. p. 5. tom. 2. dec. 30. n. 9. p. 24.

Demum nec pro inducenda lineari substitutione suffragari visa sunt argumenta a scribentibus pro Jo: Andrea adducta; nam sive incipiat votum conservandi bona in familia, & ppa privationis in casu delicti ad omnes descendentes ampliata, five etiam consideretur præceptum testatoris, pretium bonorum fideicommissariorum investienti, quatenus distrahatur ab hæredibus, eorumque filiis, DD. has coniecturas tanquam inefficaces unica responsione de facili tolli posse existimant, animadvertendo, quod cum a Jo: Antonio testatore constituta fuerint tres diversæ familie à tribus diversis filijs provenientes, consequens erat, ut eisdem testatoris vota, & præcepta superius expressa, suam dumtaxat facerent operationem distributivam in quolibet Columello, ut supra probatum fuit, & firmant DD. ibidem allegati.

Verum inefficacies vite fuerunt recensita coniectura, quia cessant in casu præsentis vulgata requisiti, in l. Titius §. ff. de leg. 2. Vocatio siquidem restricta fuit ad filios primorum hæredum, & non ulterius progreditur. Ultimo morientem non legitur datus substitutus, & demum in casu faciende restitutionis facta non fuit mentio de tota hæreditate, nec aditus verba totalitatem, ut omnimodam restitutionem importancia; constitutiones coarctantur, & restringuntur ad personam tantum morientis absque filiis

Deficientibus itaque huiusmodi requisitis, tæta reciproca pretendi non potest, Rot. cor. Celf. dec. 376. n. 5. & in rec. dec. 19. n. 1. cum segg. p. 9. Eoque magis, quia agit de fideicommissio transferibili, in quo omnis interperatio sumenda est pro exclusione linearis, Rot. in rec. d. Tusculana fideicommissi 9. Maii §. Reciproca enim cor. bo. me. Rondinino.

Et ita causa bis proposita decifum fuit.

R. P. D. PRIOLO.

Lucana Fideicommissi.

Veneris 22. Martii 1697.

ARGUMENTUM.

Recipitur generalis regula pro exclusione reciproca linearis, licet testator conservationem & augmentum familiaris exoptaverit, ob non existentiam verborum, quæ perpetuitatem respexisse probarent.

SUMMARYUM.

- 1. Ultimus vocatus potest de bonis testatoris liberè disporre.
- 2. Fideicommissi perpetuitas elicitur, si testator agnationem contemplaverit, detractiones prohibuerit, feminas, & illegitimos exclusiverit, & ad plures gradus substitutionum progressus fuerit.
- 3. Declara, ut conclusio procedat in casu dubia dispositionis secus ista sit clara.
- 4. Si intentio testatoris verificetur in prima linea, fideicommissum intra certas personas, seu gradus restrictum, & limitatum, ulterius progredi non debet.
- 5. Conservatio & augmentum familia verificatur ex permanentia bonorum in vocatis absque eo, quod ulterius progrediantur fideicommissum; si tamen testator perpetuitatem non expresserit.
- 6. Conservatio bonorum in familia restringitur, et limitatur iuxta formam, et limitationem fideicommissi.
- 7. Testator non dicitur voluisse, ut bona in familia semper conserventur, si licentiam alienandi concesserit.
- 8. Alternativa æqualitatem in diversitate demonstrat.
- 9. Intentio testatoris explicata in actu proportionato substitutionis operis aliis incidentibus est præferenda.
- 10. Quo casu descendentes dicantur vocati ad implendum gradum caducatum tantum.
- 11. Fideicommissum vitandam non debet ad alios gradus, si intentio testatoris effectum sortiri dici possit in primis.
- 12. Maxime si adhibita non fuerint verba talia, quæ perpetuum unius successori fideicommissi inducerent.
- 13. Cessatio oneris importat totalem cessationem fideicommissi.
- 14. Unum verbum habere potest plura significare.
- 15. Facultas disponendi repugnat cum perpetuo fideicommissio.
- 16. Exclusio feminarum, et Clericorum limitata in certis casibus non arguit perpetuitatem fideicommissi.
- 17. Etiam si testator usque fuerit verbis perpetuitatem importantibus.

DECISIO LVII.

Octavius volens sua bona relinquere pro conservatione, & augmento propriæ familiæ, ex quatuor fratribus, excluso Alexandro, cum tantum Curtius esset prodecesserit, illum, & illius lineam prædixit; nam primò instituit Curtium; eisdemque substituit illius filios, & filios filiorum seu illorum descendentes masculos legitimos, et naturales, quatenus isti tollent, vel non possent succedere iuxta legem in testamento præscriptam, secundo loco vocavit lineam Marci Antonii, inchoando à Petro, & deinde substituendo illius filios, & nepotes, eodemque modo, & forma successivè honoravit lineam Pauli alterius fratris, prohibendo omnibus institutis, & substitutis quamcumque alienationem, & detractionem.

Prædefuncto Curtio, successerunt Nicolaus, & Bartholomæus filii, qui in casu paterni prædecessi fuerunt etiam specialiter instituti, & ex Bartholomæo procreatus est Curtius Junior; ob cuius defectum sine filiis masculis prætendens Marcus Antonius filius Petri, & in secunda linea contemplatus, quod fideicommissum esset ad sui favorem purificatum, iudicium instituit coram A. C. Thomato vig. l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. Cumque illi denegata fuerit immisio, hodie domini in gradu appellacionis pariter dixerunt, eisdem non esse danda, existimantes iuxta legem

legem testatoris fideicommissum expirasse in Curtio Juniori, beneque de dictis bonis dispositis; non solum quia testator in qualibet linea non gravavit filiorum filios ad restituen. sed expresse se declaravit, quod quoties eius hære. adire, & tales etiam se conservarent, tunc, & eo casu cessarent onera, prohibiciones, & obligationes, & essent liberi, & absoluti domini, ac de bonis ad illos perventis ad eorum beneplacitum disponere possent ut in §. 17. testamenti, hinc inde datur; cumque de successione, & capacitate Curtii non dubitetur, per illius namque obitum petita fuit immisio, potuit ad formam testamenti de eisdem bonis liberè disponere, ad text. in l. Titius, ff. ad Trebell. Alciat. conf. 112. n. 23. lib. 9. Gabriel. cap. 9. num. 10. lib. 2. Peregrin. de fideicommissi art. 40. n. 45. Rota coram Merlin. dec. 459. n. 2. Carr. dec. 514. n. 13. in rec. dec. 186. n. 3. p. 4. tom. 2. & dec. 94. n. 1. & segg. & dec. 371. n. 2. p. 13.

Præceptum Marci Antonii fundamentum fuit, quod fideicommissum esset progressivum ad omnes tres lineas filiorum a testatore honoratas, quodque illud durare deberet, donec pervenisset ad ultimam vocatum de linea Pauli, in qua iuxta mentem disponens, dicebatur cessare debere fideicommissum, ut in §. 27. & quando intentio testatoris aliqua indigeret declaratione, perpetuitas fideicommissi deducebatur ex pluribus illationibus, nempe ex contemplacione agnationis, prohibitione alienationis, & detractionum, & eadem ab exclusione feminarum, & clericorum, & illegitimorum, quæ omnia semper admodum fuerunt à DD. pro arguenda perpetuitate gravaminis, maxime quando eo currit digressus ad plures gradus substitutionum, & quod magis est, inter plures lineas, cum expressa etiam mentione descendendum, ut in præfati.

Verum supra ponderata substituitur, si sensum in casu dubio dispositionis, & interpretari debere intentio testatoris; sed quando ista est clara, verba interpretari debent intentioni, non intentio verborum. Cumque testator, postquam instituerat Curtium fratrem, & in eius defectum eiusdem filios, & nepotes respectivè, declarando suam voluntatem expresse dixerit: *che pervenuta che sarà la successione sua ereditaria intera, & senza alcuna diminuzione in uno, opù deli figliuoli, & figliuoli de' figliuoli de' detti Signor Curtio, mentre che siano sopra, & sopra, & infraferite gra veceze, prohibizioni, & oblighi rispetto a detti descendenti de' detti Signor Curtio non abiano luogo, se non per le persone de' figli di detto Signor Curtio, & che tali figliuoli de' figli di detto Signor Curtio, mentre che siano abili alla successione della sua eredita, & tali si mantovano, & siano, restino liberi, & assoluti padroni di quanto pervenira in essi della sua eredita, & di quella possano disporre à loro beneplacito, & come gli parrà, & pincerà, ut in dicto testamento §. 17. omnia alia volita ab eodem legatore intelligenda sunt non in perpetuum, sed intra calculo ab ipso præscripto, & sicut enim testator durationem fideicommissi usque ad tertium gradum in qualibet linea suorum fratrum, & capacitatem in unoquoque succedente, & possidente suam hereditatem; sed contentus fuit, quod in una verificaretur, ex illis tantum fortasse, quod humana mens frustra laborat, si ultra ad perpetuitatem in hoc mundo anhelat, ut plerumque evenit, & æqua lance processit favore cuiusque lineæ cum prelatione tantum illius ex Curtio fratre, ut in §. 22. & 27. Verificata propterea testatoris intentione in prima linea, fideicommissum intra certas personas, seu gradus restrictum, & limitatum, ulterius progredi non debet, iuxta theoreticum Aretin. in*

4. Gallus, §. Et quod si tantum num. 6. ff. de liber. & posthum. de qua. Redenac. consil. 10. numer. 4. vers. non demum; Peregrin. de fideicommissi art. 52. num. 2. Cyriac. contrax. 142. in princ. et Jun. n. 23. et contrax. 621. per tot. Panimol. dec. 43. ad not. 3. n. 17. Rota coram Seraph. dec. 883. n. 2. & coram Celf. dec. 145. num. 1. et in rec. dec. 14. n. 1. part. 4. tom. 2. et dec. 355. n. 6. part. 5.

Sed, præter ponderata in substitutionibus, clarius intentio testatoris colligitur ex substitutione ordinata; nam solum illam habere voluit locum in casu, in quo Curtius nollet, vel non possent succedere in sua hereditate, seu filios non haberet, qui pariter nollet, vel non possent, & isti quoque decederent sine filiis, vel descendentes, qui similiter succedere possent, vel non possent, ut in §. 18. Cumque nullus ex dd. casibus venerit, quia Curtius Junior fuit filius Bartholomæi, & nepos Curtii Senioris, & hereditatem possedit usque ad obitum: ideo casus, & purificatio substitutionis non evenit.

Probata voluntate testatoris, coniectura inferre de Decis. ad Theatr. de Luca Vol. III.

bent potius ad illius corroboracionem, quàm destructionem; & ideo non est primò attendenda illa deducta ex conservatione agnationis, quia conservatio propriæ familiæ neque fuit adeo enixe voluta, ut inducere posset perpetuitatem; nam & si excluderet Alexandrum fratrem in principio suæ dispositionis, quia illi dictum fuerat, quod de omnibus suis bonis disponere intendebat favore extraneorum ipse vero cupiebat conservationem, & augmentum suæ familiæ; nullam tamen unquam fecit mentionem de perpetuitate, quodque bona perpetuo conservarentur in familia, sed satis huiusmodi desiderio consultum credidit, si bona permansissent usque ad tertiam generationem in una ex istis dem lineis, Menoch conf. 86. n. 9. Paris. conf. 98. n. 22. lib. 1. Roland. conf. 34. n. 27. tom. 4. Grat. cap. 575. n. 28. Rota cor. Cocc. dec. 1955. n. 2. in rec. dec. 369. n. 15. & dec. 438. n. 18. p. 4. ro. 2. & dec. 257. n. 22. p. 7. cum regulate sit, conservacionem bonorum in propria familia restringi, & limitari iuxta formam, & limitationem fideicommissi, Cyriac. dec. contr. 142. n. 23. & dec. 621. n. 26. & Rota in rec. dec. 195. n. 6. cum segg. p. 5.

Sed, quod magis est, concedit facultatem Curtio fratri prima institutio alienandi, eius vita durante, etiam totam hereditatem, substituendo illos in eo tantum, quod superasset, ut in §. 12. quomodo igitur dici potest, quod cogitaverit de conservacione bonorum in perpetuum in sua familia, si in ipso principio defecere poterat? Minus facit altera coniectura, quod cum testator fecerit mentionem de descendentes dici debet, quod voluerit protrahere substitutionem ultra tertium gradum; nam merito descendendum videtur facta ad firmendam successione in tertio gradu cuiuscumque lineæ, ut puta, si Curtius Junior prædecessisset patri, relicti filii, voluit testator, quod sua hereditas continuaretur in illa linea, quia illos vocavit pro alternativam, eo, quæ æqualitatem in divinitate demoustrat, & eisdem in tali casu purificavit, & quoad successorem, & quoad liberatam bonorum in §. 17. ad text. in l. cum quidam. C. de verb. signific. Barb. d. 46. n. 5.

Nec relevat, quod in §. 33. & alibi aliquando nominando descendentes utatur interfectione, nempe quando maneat, quod nonnulla pecunia non congruentur substituti, nisi facta obligatione de illis substituendis filiis, & descendentes, quia intentio testatoris regulanda est à prima illorum vocacione, quæ tanquam in casu proportionato substitutionis, cæteris aliis incidentibus præferenda est: sed quatenus etiam testator usque esset particula, & adhuc tamen illorum vocatio non extendere fideicommissum, quia peculiarium substitutio fuit imposita tantum primis filiis, & quia supererat tertius gradus, qui verificari poterat vel in filiis, vel in descendentes, propterea illos nominavit cum particula, de; & ideo ex tenore testamenti semper magis attendente defamitur, descendentes fuisse folummodo vocatos ad implendum gradum caducatum, ut notant Palma Nepos allegat. 234. num. 51. cum segg. Card. de Luca de fideicommissi. d. 53. n. 4. et 17. et d. 54. n. 6. Rota coram Celf. dec. 141. num. 11. Bich. dec. 252. n. 6. et in rec. dec. 528. num. 17. par. 18. et dec. 348. n. 7. p. 29. Ultra quod, cum nullum legatur curius restituendi impositum neporibus, vel descendentes, ut in §. 17. & 22. sed tantum legatur restrictum ad filios institutorum, ad istum effectum parum relevaret, quomodo essent à testatore nominati, quia five nepotes, five descendentes, non tenerent restituere hereditatem vocatis in secunda linea Marci Antonii, & semper cessaret fideicommissum.

Corrumpit pariter altera coniectura ex prohibitione alienationum, & detractionum, quia expirato fideicommissio, ista quoque tanquam accessoria cessare debet, si pro illius pinguiori adimplemento ordinata fuit, & ideo semper talis prohibito erit limitata inter personas gravatas, quibus regulariter fit, & hoc magis convincitur, quia non solum non legitur verba perpetuitatem importancia, sed, quod fuerit talis testatoris intentio, satis convincitur ex eisdem verbis testamenti, in §. 12. ait enim: *senza detractione alcuna di legitima &c. ma con le conditioni, oblighi, gravoezza, & prohibizioni, delle quali nel presente suo testamento; sed si inter conditiones iam probatum est adesse illam, quod perventa hereditate in filios neporum, expiraret fideicommissum, consequens est, ut cessare quoque debeant onera, & prohibiciones. Sed testator magis clarè se explicavit in §. 47. per illa verba: *ha prohibito, & proibisce à tutti quelli, che in virtù della prefata sua disposizione sono gravati di restituire dopo la morte loro &c. di detrarre da essa la legitima &c. volendo il detto signor testatore, che li chiamati, ovvero li sostituiti dopo loro, succedano &c. senza**